

220

In Nomine Domini Amen. Quomodo humanae ordinationes et Acta
 sic et ea, imo per amplius, quae praetatu Divinae retributionis, aut in augmentum
 gloriae Ipsius et honoris fiunt, dignum est, ut tam praesentium quam futurorum ad
 perpetuam rei memoriam testium et testimonio literarum fulciantur, ne oblivionis
 injuria aut vetustate temporis valeant cuius vis astutia infici et subverti. Proinde
 tam praesens aetas noverit quam futura, Quod nos Henricus Praepositus, Herbordus,
 Decanus, Joannes Scholasticus, Nicolaus Cantor, et Diefredus Custos, totumque Ca-
 pitulum Collegiate Ecclesiae Sanctae Mariae Civitatis Sandominiensis, in amorem
 Dei, et Ipsius Genitricis Gloriosae Virginis Mariae accensi, in cuius laudis titulum
 dicta Ecclesia noscitur fabricata, unanimi consensu, voluntateque concordi cupientes
 per temporalia bona ad bravium aeternae beatitudinis pervenire, interveniente, Venera-
 bilis Patris et Domini Joannis Dei gratia Cracoviensis Episcopi Loci Diocesani
 et iuxta devotionem dicti Fratris nostri Domini Diefredi Custodis ad hoc specialiter
 provocati, Ius Sub-custodie novum creavimus, tam de Bonis ipsius Patrimoniali-
 bus, et specialibus, quam etiam nostris communibus, in Ecclesia memorata, ut orna-
 menta, libri, thesaurus, et decora ipsius per Subcustodis solertiam confidentius, fiducius
 et caritius custodiri valeant et servari. Ut autem Subcustos Subcustodie redditibus
 proventibus ad vacandum et inserviendum Ecclesiae commodius et se se expeditius
 et decentius intendere valeat et possit. Ego iam dictus Custos ob reverentiam Omni-
 potentis Dei, et Ipsius Genitricis, Duos Mansos in Mankosyn Patrimoniales, et
 in Piekary terram sitam inter Wangreth et Paludem, domumque cum area sitam
 circa aream nostrae Custodie, quam feci planando materiam meis laboribus
 et expensis bona Patrimonialia mea et vite alia justis et honestis laboribus conqui-
 sita do, dono, et perpetua traditioni assigno. Nos vero Capitulum praedictum
 eodem titulo Traditionis Lanyzkowice hereditatem et Decimam de Monte S. Micha-
 elis bona Capituli eidem Subcustodie cum omnibus utilitatibus, jure, proven-
 tibus, damus tradimus, et vite assignamus. Presentationem Subcustodis Capitulo
 servantes, et Discretum virum Theodoricum Presbyterum Honorabili dicto Domi-
 no nostro Cracoviensi Episcopo per praedictum Fratrem nostrum Custodem prae-
 sentavimus, Qui ejusdem Theodorici meritis et sufficientia consideratis eundem fan-
 nice cum jure Canonatus investivit. Habebit autem idem Subcustos, Successoresque
 ipsius stallum in Choro, locum et vocem in Capitulo, tractatibusque Capituli intererit, et
 cum Canonicis consimilem partem habebit in portionibus, et aliis jure percipien-
 dis. Tenebitur autem esse Sacerdos, et propter officium suo more continue in Ecclesia me-
 morata faciet residentiam personalem. Ut autem praedicta, robur perpetuum obtineat
 firmitatis praesentes Sigillis praefati Domini nostri Episcopi et nostro fecimus commu-
 niri. Datum et Actum in Sandominia Anno Domini Milleimo Trecentesimo
 Tertio. Tertio Nonas Junii — Et Actis Privilegiorum, Erectionum et Dotationum Illus-
 trissimi ac Reverendissimi olim Joannis Konarski Episcopi Cracoviensis et de verbo
 ad verbum fideliter descriptum, Sigillo Perillustri et Admi Dni Nicolai Oborski Epi-
 scopi Sandominiensis Suffraganei et Officialis Generalis Cracoviensis communitum.
 Petrus Stanislaus Orłowski Philosophiae Doctor Notarius Apostolicus cum
 Cracoviensium Regens. Christophorus Myszczyński Notarius Apostolicus cum
 Originali collationari et de verbo ad verbum adinveni.

The following is a list of the names of the
 persons who have been admitted to the
 office of the Secretary of the
 Board of Health, since the
 last meeting of the Board.
 The names are given in the
 order in which they were
 admitted, and are followed
 by the date of their
 admission.